Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel:	Historische Sammelhandschrift, dt.Text: Beschreibung Jerusalems – Nürnberg, STN, Cent. III, 93
Signatur:	Cent. III, 93

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

pugnam consistit victus ad tempus ne plus audeat victor iratus trans-
portata in divisum locum ut nesciat sed occidi quo viderat occiso
Gildone idem Mascezel elatus rerum secundarum insolentia. presumptione habito
sanctorum consortio quorum cum quibus antea deo militans vicerat. ecclesiam
temerare ausus est. et ex ea quosdam non dubitavit extrahere. sententia est
pena sacrilegium illas hisdem suppliciis et insultationibus quibus ab ecclesia
ad penam protraxerat. post aliquantum tempus solus ipse punitus est. probat quia in se
vivo ad utrumque divinum vigilare iudicium. quem et cum speraret adiutus.
et cum contempsit occisus est. Interea cum a Theodosio imperatore seniore
singulis potentissimis iuvenum cura et disciplina utriusque palatii
commissa esset. hoc est Rufino orientalis aule. Stiliconi occidentalis
imperii. quid uterque egerit. quidve agere conatus sit. exitus utriusque
docuit. Cum alter sibi alius filio suo affectaret regale fastigium. ut rebus
repente turbatis necessitas reipublice scelus ambitionis tegeret. barbaras
gentes hic immisit. hic fovit. Taceo de Alarico rege cum gothis
suis sepe victo. sepe concluso. semperque dimisso. Taceo de infelicibus
bellis illis apud polentiam gestis. cum barbaro et pagano duci. hoc est
Sauli belli summa commissa est. cuius improbitate reverentissimi dies et sanctum
pascha violatum est. cedentique hosti propter religionem ut pugnaret
extortum est. cum quidem ostendente in brevi iudicio dei. et quid favor
eius posset. et quid ultio exigeret. pugnantes vicimus. victores victi sumus.
Taceo de ipsorum inter se barbarorum crebris dilacerationibus. cum
se invicem gothorum cunei duo. deinde halani et huni variis
cedibus populabantur. Radagaisus omnium antiquorum pre-
sentiumque hostium immanissimus repentino impetu totam inundavit italiam.
Nam fuisse in populo eius plus quam ducenta milia gothorum ferunt. Hic
supra hanc incredibilem multitudinem indomitamque virtutem paganus
et Scytha erat. qui ut mos est barbaris huiusmodi gentibus omnem romani
generis sanguinem diis suis propinare devoverat. Hoc igitur romanis ar-
cibus imminente fit omnium paganorum in urbe concursus. hostem esse cum
utique copia virium tum maxime presidio deorum potentem. urbem
autem destitutam et mature perituram quia deos et sacra perdiderit. magnis
querelis ubique agitur. et continuo de repetendis sacris celebran-
disque tractatur. fervent tota urbe blasphemie. vulgo nomen christi tam-
quam lues aliqua presentium temporum probris gravatur. Itaque ineffabili iudi-
cio dei factum est. ut cum in permixto populo piis gratia pene impios delebat:
oportebatque permitti hostes qui insuadibilem in plurimis et contradicen-
tem civitatem severioribus solito flagellis coherceret. non tamen eos
qui indiscrete cunctos interimeret crudele deleret. Duo tunc gothorum
populi cum duobus potentissimis regibus suis per romanas provincias baccha-
bantur. quorum unus christianus propiorque romano. et ut res docuit timore
dei mitis in cede. alius paganus barbarus et vere Scytha. qui non tam